Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



5

hoc modo repetiplanius qd superius dictum. Ut peccatores intellegantur impii et qd su
pr dictum. e. in iudicio. hic dictum. e. in consilio iustorum. Aut certe si aliud sunt impii
aliud peccatores. ut quaquamomnis impius peccator sit. Non tamen omnis peccator
sit impius. Impii non resurgent in iudicio id. est resurgent quidem sed non ut iudi
centur. quia iampoenis certissimis destinata sunt. Peccatores autem non resurgent
in consilio iustorum id. est ut iudicent. sed forte ut iudicentur. Ut de his dictum sit.
Unius cuiusq: opus quale sit ignis probabit. sicut ius opus manserit mercedem accipiet.
sicut ius autem opus exustum fuerit detrimentum patietur. peccator autem saluus erit sic tamen
quasi per ignem. Qm nouit dns uiam iustorum. quemadmodum dicitur. Nouit salutem
medicina. morbos autem non nouit. et tamen etiam morbi artem medicinae agnos
cuntur. sic dicipotest nos sed dm uiam iustorum uiam uero impiorum non nosse. non
quia aliquid dns nescit. et tamen dicit peccatoribus: Non nouui uos. Iter autem impiorum
peribit. pro eo positum. e. ac si diceretur. Iter autem impiorum non nouit dns. sed
planius dictum. e. ut hoc sit nescire ad hoc qd. est perire. et hoc sit scire ad hoc qd. est
manere. ut ad scientiam di. ee. puneat. ad ignorantiam uero non. ee. quia dns dicit. Ego sum
qui sum et qui. e. misit me.

FINIT EXPOSITIO PSALMI PRIMI.

INCIPIT EXPOSITIO PSALMI SECUNDI.

Ut quid fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania. Adstiterunt
reges terre et principes conuenerunt in unum. aduersus dm et aduersus pm eius.
Pro eo dictum. e. ut quid ac si dicere tur frustra. Non enim impleuerunt
quod uoluerunt ut xpi exterminarentur. dicitur hoc enim de persecutoribus dni
quotidianis: apostolorum commemorantur. Dirumpamus uinculos eorum
et abiciamus a nobis iugum ipsorum. Quamquam possit et alit. tamen aptius
ex eorum persona accipitur. Quos dixit inania meditatus. ut hoc sit dirumpamus
uinculae eorum et abiciamus a nobis iugum ipsorum. Demus operam ut non nos alligent
neq: imponatur nobis xpiana religio. Qui habitat in celis irridebit eos.
et dns subsannabit eos. Repetita. e. sententia. Hanc eo quod. e. qui habitat
in celis. subsequent positum. e. dns. et eo quod. e. irridebit. subsequent
positum. e. subsannabit. Nihil horum tamen sapere oportet carnalit.
quasi aut buccis dsi irrideat aut naso subsannet. sed aliis accipiendum. e. quam
dat sci sui ut futura cernentes. id. est nomen xpi. et dominatione puaga
tum in posteros et in uniuersas gentes obtentum. in illos inania meditatus. ee.
intellegat. Haec enim uis quo ista praescita sunt irrisio di. e. et subsannatio.
Qui habitat in celis irridebit eos. celos si animas sci accipiamus. phas eo sim q:
praescient quid futurum sit dri irridebit dns. et subsannabit. Tunc loquetur